

OFFICIUM MARITI,
Ex Laconis Callicratidæ Philo-
sophi Pythagoræi Præceptis Nuptia-
libus excerptum, & in usum

Præstantissimo Doctissimoq; Virò

JOHANNI
GEBHARDO,

Collegæ Gymnasii Elisabetani
dignissimo,

Cum Lectissima & Pudicissima
VIRGINE


ELISABETA
WECKIA,

IV. Kal. Xbris A. C. M. DC XLV.

Nuptias Vratislaviæ celebranti,
amico affectu propositum,

à

CHRISTOPHORO COLERO.



OLSNÆ SILES.

Typis JOHANN. SEYFFERTI

Callieratides apud Stobæum Serm.
LXXIII.

Μὲν οὖν λόγον ματ' ὀύμνον τὸν γάμον, δεῖ καὶ ἄλλοτερον καὶ
κύριον, καὶ ἄλλοτερον τὰς αὐτῆς γυναῖκα ἢ ἄλλο. ἐπίτρο-
πον μὲν τῷ φρονιζέειν τῶν ἐκείνου κύριον δὲ, τῷ ἀρχεῖν καὶ
κυριεύειν· διδάσκαλον δὲ, τῷ διδάσκειν τὰ δέοντα. τῶ δ' ἐστὶν
μάστιξ, αἶκα τὴν ἀγαθῶν πραγμάτων σκοπία, ἀμύθη, παιδίον ἀκ-
μάτ' ἔχει γαμίσκη καὶ γδ' εὐπλαστοί, καὶ ὀυαγωγοὶ θυγατέρι, πρῶ-
τον ὀυαγῶν καὶ ποτὶ τὸ μαθεῖν ὀυαγῶν ἔχοντι, καὶ ποτὶ τὸ φοβη-
θῆναι, καὶ ἀγαπάειν τὸν αὐτῶν ἄνδρα.

Hoc est, interprete Conrado Gesnero.

*In Conjugio, ut par est, contracto, maritum uxoris suæ
tutorem, dominum, & præceptorem esse convenit.
Primum, res ipsius curando: alterum, regendo & do-
minando: tertium, docendo. quæ sunt ejus officii. Hoc
autem maximè consequetur ille, qui puellam bonis Pa-
rentibus ortam, & ætate vigentem duxerit. Tales
enim marito primo nubentes, facile flecti instituiq; pos-
sunt: & ad discendum promptæ sunt, & ad metuen-
dum amandumq; viros suos.*



Paraphrasis Jambica.

GEB HARDE Candidate Conjugi recens,
Dedocte bivium resitantis Herculis,
Qui calibatus tadio demum satur
Ad WECKIANAS NUPTIAS animum applicas:

*Præcepta si quæ Nuptialia expetis,
Dabit STOBÆUS Eclogarius vetus,
Apis altera Attica, & laboriosior
Formica, mellis promptuarium meri,
Ex messe cujus Eclogarum fertili-
Pra mille Nuptialibus Sententiis
Effulget instar Cynthia inter tot faeces,
Instarvè gemma in annulo pellucida,
Hæc CALLICRATIDÆ promicans Lacedæmonis.
In contrahendo quisq; matrimonio
Maritus esto Conjugis Tutor suæ;
Potensq; Dominus Imperi domestici;
Et conjugalis contubernio in Scholæ
Præceptor aptus contubernali novo.
Tutoris esto seduli curatio
Pupillulæ sibi tueri res datæ.
Domini secunda cura sit capessere
Lenes habenas conjugalis Imperi:
Postrema Præceptoris est, bonâ fide
Suam docere musteam tirunculam
Adstricta queis sit regulis sui Offici.*

Felicitatis compos hujus ille Vir,
Qui duxerit bonis satam Parentibus,
Ætate, formâ, moribusq; floridam;
Castam, Sabinis comparabilem nurum.
Tales marito principi sunt nubiles,
Virides puellæ, flexiles ceu surculus,
Ut cera mollis ductiles, sponis suæ
Ductu capaces disciplinæ masculæ,
Timentq; diliguntq; lance compari,
Hæc est Laconis efficax Sententia.

GEB HARDE Candidate Matrimonii,
Constrictæ grata compedis ligamine,
Tibi memento mnuus imponi triplex,
Ac diligentiam exigi parem & fidem.
Es Tutor, es Dominus, Magister es Tuæ,
Es Tutor & Curator illi traditus.

Quid arbitrare muneris fore nunc tui?
Audi peritos Ulpianos, Scævolas,
Tribonianos, Bartolos, Accursios:
Qui te docebunt jura tutelaria,
Tutela lege sumta tutorem ratum
Ad res tuendas obligat pupilluli:
Instar fidelis, diligentis, & boni
Patris familiæ, qui præstet benè liberis.
An non ad aras more solemnæ DEI
Juras per ipsum nomen, ex bonâ fide
Tua Clientis te Advocatum strenuum
Semper futurum; seu serenæ aureo
Fortuna vultu, sive tristi nubilet?
Est ergo munus hocce Tutoris tuum
Curâ salubri providere tum rei

Nova clientis, tum clienti ipsissima,
Ut cuncta te custode sartâ seclâ sint.

Esto Dominus, sed justus, Uxori tuæ.
Getulus ut leo mansuevit leni manu.
Equusq; blandiente poppismo ferox,
Quâ parte vis, umbrâq; virga flectitur:
Sic lenitate conjugem flectes tuam;
Qua senivitutem ferre nescit integram,
Nec Legibus soluta vivere gesties.
Parere sueta jussibus parentium,
Parere discet jussibus virilibus;
Eam remissione si freno reges.
Abstet tyrannis Moscica gentis fera
In conjuges tam servituti obnoxias:
Quæ Conjugum suorum amores integros,
Ex verberum jugi æstimant frequentia.
JORDANIS ille Teutonis mos exules
Nostros ab oris, exulet domo tuâ:
Ejus marita barbaro ducta è grege,
(Quam more gentis patria tractaverat,)
De lenitate duxerat vultum Viri;
Post ingemiscens semper & singultiens
Centum querelas edidit contra Virum:
Cur sic Marite vilis existo tibi?
Vir deprecatus crimen ignotum sibi,
Promisit emendationem criminis,
Regeffit illa moris assueti tenax:
At nunc ubi quotidiana verbera,
Te quis amare me palam testaberis?
Amoris indicina nobis est Virum
Quotidiana fustium usurpatio,
Hinc Teuto missâ lenitate patriâ

Cum fuste postulatus, conjugem ferox
 Tractare cepit execrabilem in modum.
 Tractata bello more (si Diis placet!)
 Tunc Uxor illa barbararum barbara
 Credens amari se, coliq; se Viro,
 Cultu pariq; amore habebat Conjugem.
 Faceta res! risum tenetis Hospites &
 Ut lenis Imperi potestas vim tenet,
 Et ceu sereni solis est caelo nitor:
 Tranquilla sic ridet domi Respublica.
 Juxta benigna comitatis gratiam
 Moderata liberalitas multum juvat.
 Ut principatum firmitus communiunt
 Reges potentes munerum frequentia,
 Ac ense deturbante multos de throno:
 Sic continetur praemiis magis domus
 Quam plexa duriore verbo aut verbera.
 Nam feminis dulcissimum est, donis frui.
 Praeceptor esto, ut in schola, sic & domi.
 Ut mitis institutor instar Patris est,
 Si perbenignum Velle patrium induit
 In traditum sibi Inventutis gregem:
 Sic tu novellam amore, Discipulam fove
 Plusquam paterno. Crimen en pater haud habet
 In se verendus, fert nec hoc in liberis.
 Sic tu Marite Conjugi prae tua
 Virtute, moribusq; majorum probis,
 Ut tu Magister in Schola primo indolem
 Discantis inspicias, an bonum, vel ad malum
 Inclinet illa: sic domi-tractabilis
 Praliminari nosce naturam via.
 An sit serena fronte, vel supercilii

Caliget

Caliget atra nube, cervicem erigat,
 An ore simplex, corde duplex & vafra;
 An dura mente, pertinaxq; sensibus?
 Praecognitis hinc involucris pectoris,
 Prudenter illam diriges dum corrigas.
 Doce maritam de DEO sensum pium,
 Cultumq; rectum in numen agniti DEI.
 Ut omni in actione moribusq; sit;
 Et malit esse quam viderier proba.
 Non imperet Viro, lubens sed pareat:
 Cum Conjugi sat obsequela est gloria.
 Ut castitatem credat optimum genus
 Dotis; domumq; servet aequè ac coelestem
 Domiporta, raro prodiens in publicum.
 Ab ore pendeat tuo atq; vultibus.
 Ut Luna Solis luce fraternam nitet.
 Sic splendeat Conjux mariti sidere.
 Doce, laboriosa sit noctu & diu;
 Et diligenti certet ancillis manu;
 Sit in culinà & in macello provida:
 Fessaq; tot sudoribus scholasticis
 Detergat umbra pulveres & tadia,
 Et allocutione vinnulam te recreet,
 Ac osculis nectar merum ridentibus.
 Doce, quid in thoro pudico est vivere,
 Tristes nec absq; amore noctes perdere.
 Hoc consequere in posterum voti reus
 Ubi Tutor, & Dominus, magister & probus
 Pupillulam, tibi subditam, & Scholasticam
 Curam paternam, liberi nexu jugi,
 Ductuq; leni & arte temperaveris.
 Felicitatis pondus hoc habe tibi;
 Quod sponsa nata sit bonis Parentibus,

Quis

Quis imperata spontè perfecit sua,
Illis & annis floreat melioribus,
Quibus, ut genista flexilis, flecti potest,
Capaxq; multa, prompta discendi viget,
Amans verens te pari concordia,
Sed heus docere sufficit nunquam tibi,
Doctrina nì spectetur actionibus.
Si Tutor aut Curator esse gesties,
Cura clientis corpus, & pupillule
Res administra cautione prestita,
Ut auctiores annuatim appareant.
Si magnus esse vis tuæ Dominus domi,
Tributa manda Subdita tue annua:
Si vis magister esse diligentior,
Examen annis singulis ritè ordina,
Alumna quo profectuum tuâ manu,
Crescens suorum signa prodat vivida,
Sic erit uterq; muneris sui memor,
Tu Tutor, & Dominus, Magister & probus,
Pupilla, Subdita illa, Alumnaq; proba.

F I N I S.

